



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de
Coloniae Agrippinae, 1674**

Proœmium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

Tertia opinio. Licet idem Manos. postea nu. 4. priorem opinionem veriorum scribit, nimirum quod indistincte Regulae sive notiores, sive non, producenda sunt forma in dicta Reg. 28. servata, alias sententiae contra eas latae subsistunt, ut probat auctoritate Auctor. Felis. Cassad. Gomef. & aliorum.

Regulae vero quae non sunt de dandis & quae litterarum tantum expeditionem in causa faciendam respiciunt, jus universale non constituunt, nec solent impetrari aut promitti & partibus petentibus dari, utpote quae restricta sunt ad certum & particularem effectum & locum, talesque vim constitutionis specialis obtinent, nec extra curiam ligantur ut supra, & latius scribit noster Glossographus ad Regul. XXVI. de Regularum Cancellariae producendis. Interea non existimandum est dictas Regulas, quae minus celebres sunt, quaeq; Doctorum Commentariis haud illustratae sunt, plane inutiles & spernendas esse: siquidem quatenus in commune vel ordinarium juvant, rationabiliter admitrendae sunt, & in causis decidendis usurpanda, quo minus a jure communi, & disciplina Ecclesiastica recedatur, Auctor Analijt. Comment. ad Reg. de Annali num. 112.

IN PROOEMIUM
ARGUMENTA.

- 1. Dicitur videlicet, quid importet, & nu. 18.
- 2. Recurrendum ad Registrum ubi dubitatur de aliqua Decretali.
- 3. Papa dicitur assumptus tempore electionis etiam ante coronationem, quod limita ut nu. 4.
- 4. Non dantur supplicationes signatae per Papam in Conclavi, nisi post coronationem. hodie non signantur amplius in Conclavi supplicationes, nec ante coronationem ut n. 19.
- 5. Regulae Cancell. quando incipiunt ligare, & nu. 19.
- 6. Verbum extunc quid denotet.
- 7. Regulae Cancell. an durent post obitum Conditoris.
- 8. Beneficia familiarium Card. vel Papae, quae per illorum obitum vacant sed vacante, an sint reservata?
- 9. Reservatio Papae & Legati differunt.
- 10. Quidsi vacante beneficio expectas illud acceptarit, & post mortem Papae intra tres menses ad insinuandum, velfactam ipsi provisionem?
- 11. Vicecancell. potestas & auctoritas.
- 12. Vicecancellarius alias Bibliothecarius, alias Quaestor nuncupatur.
- 13. Vicecancellarius dicitur Praeses Justitiae.
- 14. S. Laurentius fuit Camerar. Papae.
- 15. Papa solus Cancellarius Christi & num. 22.
- 16. Vicecancellarius signat bullas veno L. & quare? & num. 22.
- 17. Potestas dictionis videlicet.
- 18. Pontifices non amplius signant supplicationes in Conclavi.
- 19. Regulae Cancell. quando incipiunt

A 1, piana

REGULARUM
CANCELLARIAE
ARGUMENTA

- piant ligare, & quando extinguan-
antur.
21. Sede Apostolica vacante an cessent
Regulæ Reservatorie.
 22. Pontifex noviter electus declara-
re solet non expirare Reservatio-
nes beneficiorum, quæ aliter ex-
pirant mortuo Pontifice, quod
maximè verum, quando sedes diu
vacavit.
 23. Beneficia recepta in familiam Car-
dinalis post obitum Papæ an sint
reservata, si moriatur in familiari-
tate extra Curiam.
 24. Antiquitas familiæ Cafarellorũ,
 25. Dignitas Vicecancellarij quando ori-
ginem sumpserit,
 26. Zabarella opinio reprobatur.
 27. Cancellarij etymon & munitio.
 28. Veteres rem inter legendum no-
tatu dignam L. littera signatæ.
 29. Vicecancellarius major Camer-
ario Papæ.
 30. Effectus Decreti irritantis, ejus
origo.
 31. An in generali derogatione Con-
stitutionum & ordinationum Apo-
stolicarum comprehendantur Re-
gulæ Cancellariæ.
 32. An per clausulam *Non obstantibus*
Regulæ Cancellariæ positam in littera
post. censetur derogatum Regu-
lis judicialibus notoriis & quibus
privilegiis & indulgentiis?
 33. Stylus Curie servandus: & Jus
jus universale etiam in partibus

TEXTUS PRO OEMI

Sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster D. Innocentius
Divina providentia Papa VII. suorum prædecessorum vestigiis
inhærendo, normam & ordinem gerendis dare volens in octi-
simum assumptionis suæ ad Summi Apostolatus apicem, videlicet
die xxx. mensis Augusti, anni à Nativitate Domini M. CCCCLV.
XXIII. Reservationes, Constitutiones & Regulæ infra scriptas
quas etiam extunc suo tempore observari voluit, & quas de eor-
um mandato, nos Rodericus misericordie divina Episcopus Portuensis
S. R. E. Vicecancellarius die lunæ xiiii. mensis Septembris, in
Cancellaria Apostolica fecimus publicari.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Hic unus curiosus dubitabit ubi ego non dubito, sed pro simplicibus
Curialibus subjungam quod aut forte esset vitium Impressoris, aut
vitium Ordinatoris hujus Proœmii: quia Papa fuit creatus die
Dominica 29. Augusti, ergo sequitur quod hic malè dicitur de xxx.
die. Sed certè salva auctoritate illius qui hoc assereret, benè possunt
privari

Salvate hanc litteram: quia si dictio videlicet hic posita referatur ad istud verbum in crastinum, tunc bene stat: quasi dicat, quod licet Papa fuerit electus 29. tamen in crastinum, id est alia die sequenti, quæ fuit xxx. fecit istas Regulas, & sic non est vitium Impressoris. Sed si referatur ista dictio videlicet ad verba sua assumptionis quod est prope, ita quod sit intellectus quod ea die xxx. fuit assumptus, tunc esset mala sententia: quia non satisfactus nisi die 29. & hoc esset bene punctuare: quia dictio videlicet est restrictiva termini cui adjungitur, ut not. per glo. & Bart. in l. questum ff. de fundo instruo. Et semper debemus virgulare & punctuare dispositionem salva ratione recti sermonis cum illo verbo cui magis congruit, ut antea dicit Bald. in l. 1. C. de liber. prat. Sed ut evitemus incongruitatem sententiæ, melius est punctuare primo modo per jura vulgaria, sicut cap. Marcion & Basilides 1. quest. 1. Tamen in Reg. Sixti, ubi quasi eadem verba dicuntur, dicitur de decima die qua fuit electus Sixtus, & dictio videlicet ibi posita refertur ad verbum assumptionis, & non ad verbum in crastinum ibi positum. Sed in hoc non est facienda vis, quia infinitæ leges habent orationem negativam in littera textus, & in aliis libris eadem leges habent verba affirmativa, & tamen utraq; lectura salvatur, ut supra videmus, ergo sic in proposito nostro utraq; lectura potest salvari. Sed si secunda sit vera possumus dicere quod fuit vitium scriptoris, sive vitium Impressoris, quia ubi debeat dicere xxxix, dixit xxx. & potius volo hoc dicere, scilicet fuisse vitium scriptoris, quam superbe reprobare conditionem legis arg. e. ego solis 9. dist. & de hoc non est mirum: quia in multis libris impressis est iste error: quia aliquando ponitur in eis aliquid superfluum, aliquando aliquid diminutum, ut sæpenumero vidimus, maxime in prima impressione Decret. & etiam in Feudis & in aliis: & circa hoc debet provideri: quia infinita menda sunt in impressionibus, tam in grammatica, quam in sententia, ut etiam in istis Regulis Innocentii infra videbimus, & licet deberemus recurrere ad registrum quando dubitatur de aliqua Decretali vel de lege, ut dicit glo. 29. dist. in sum. per cap. ut veterum 9. dist. & si multi libri habent aliquam legem vel decretalem, præsumitur lex vel decretalis, ut dicit gl. prædicta tamen hoc intelligo verum, quando multi libri sunt diversis temporibus scripti vel impressi, secus si in una impressione, quia tunc etiam si una lex esset in mille libris impressis in una impressione, non valeret magis, quam si in uno libro tantum foret. fa. glo. not. in l. Si convenirent 4. in ff. de i. 9. act. cum unico actu imprimantur mille libri, & error unius sit etiam in aliis; sed utcumq; sit, ponderanda sunt in hoc verba Proemii.

Ex quibus sequitur, quod Papa dicitur assumptus tempore electionis quæ ante coronationem & hoc vult glo. in c. fin. de concess. præbend. in 6. quam nos.

REGULA
ARINUM
NTARIA
GVLAS
LARLES
OLICA
III
B

notat ibi Gemina, licet glo. in data sexti libri & in Proœm. clement. voluit
 contrarium: tamen quoad Jurisdictionalia, credo hoc fore verum de
 arg. cap. 1. 23. dist. ubi probatur quod statim quando Papa est electus, po-
 test administrare, & ita communiter tenetur in cap. licet de electio. & de co-
 ronatione Papæ quod debeat fieri, non memini me legisse alibi quod
 d. c. 1. 23. dist. ubi dicitur de Intronizatione, & quid operetur non
 meum nunc dicere, sed alibi dico in tract. Jubilæi, quem direxi Summ.
 cum hoc Proœmio concordat Proœmium Sixti: sed Proœmium Pauli
 dicit contrarium, scilicet à tempore coronationis, & hoc est utile
 propter datas bullarum: quia licet Papa Innocentius fuisset coronatus
 Septemb. tamen ea quæ ante signavit, debent dari tempore quo signavit,
 etiam ante coronationem & statim cum Papa fuit creatus in conclave
 nocte quod potuit fieri arg. c. licet de electio. tunc signavit aliquas supplica-
 nes. Et per prædicta dico, quod si fuit electus tunc die Sabathi de nocte
 & ante mediam noctem, tunc dicitur assumptus die xxviii. & si post
 mediam noctem, tunc dicitur assumptus xxix. arg. l. more Romano ff. de
 test. & c. consultis cum ibi not. ff. de offi. deleg. & extunc debet poni data
 si Darius poneret etiam, tunc posset probari contrarium per testes
 existentes ad hoc rogatos sa. g. o. in c. duobus ibi Gemina. de Rescript. in
 B Sed hodie usitatur in Curia quod non datantur supplicationes signata
 etiam in Conclavi, nisi post coronationem, licet possint dari extunc,
 ea quæ superius dixi.

Item ponderanda hic arbitror illa verba ibi, quæ etiam extunc suo tem-
 pore observari voluit, &c. Nam in aliis Regulis prædecessorum fuorunt
 dicebarur, quas etiam extunc suo tempore duraturas, &c. & istud verbum
 duraturas fuit hic cancellatum, & nescio an fuit ex deliberatione, sed
 quod eadem sit sententia. Sed propter aliqua dubia Juvenilia, dico
 viter, quod si illud verbum extunc referatur ad illud observari voluit, im-
 gitur quod à tempore compositionis Regularum incipiunt ligare, & est
 ante publicationem, & tunc videretur quod esset absurdus intellectus
 l. leges c. de leg. & c. cognoscetes, & c. sui de Constit. Nam lex non
 ligare nisi post duos menses ut in Auth. ut facta nova Constit. vel saltem
 publicationem, &c. ut jura aperte loquuntur, sed istæ Constitutiones
 runt factæ xxx. Augusti, & publicatæ xiiii. Septemb. ergo sequitur
 ille intellectus esset absurdus. Salvo tamen meliori Judicio, dico quod
 verbum Extunc denotat hic maximam sententiam. Nam licet regularum
 debet attendi tempus duorum mensium, vel saltem publicatio Consti-
 tionis, ut liget, tamen hoc verum nisi Princeps velit quod statim
 &c. & hoc quoad retractationem actus, secus quoad pœnam, hoc verum
 tanter glos. in verbo extunc in clem. 2. de har. & hoc tenet Abb. in d. c. 1. 23. dist.

de quo per Bald. in d. l. leges & sic iste est verus intellectus hujus dictionis
Extunc, hic posita: nam vult Papa quod statim incipiant ligare.

C Et ex hoc solvo unam questionem quæ est nunc in Rota de Hispania,
 quia Regul. infra x. revocat expectativas quæ aliquo modo sunt sortitæ ef-
 fectum, &c. & vacavit beneficium istud die qua fuerunt conditæ istæ
 Regulæ, sed nondum erant publicatæ & unus amicus meus accepit
 vigore gratiæ in aliquo sortitæ effectum: dico quod gratia sua sit revocata
 etiam ante publicationem revocationis, & hoc per verbum istud *Extunc* hic
 positum de quo doleo, sed ista videtur mihi veritas: & hoc intelligo verum nisi
 acceptatio & provisio præcederet etiam per horam hanc publicationem:
 quia hæc constitutio non extenditur ad præterita sed tantum ad futura *arg.*
lyrium: sed si non constat, præsumitur hanc constitutionem præcessisse,
 propter potentiam Papæ, *arg. eorum qua dicit Gemma. in c. si à sede in 2. col. de*
probud. in 6. Innocent. in c. præterea requisit. de appell. Si verò dicimus *extunc*
 suo tempore &c. iste intellectus videretur ablonus, & quia hoc noluit sentire
 compilator, ideo non insisto.

D Sed dubium facio an per ista verba durent istæ Constitutiones post obi-
 tum Innocentii, & certè dico quod non, quia voluntas expirat cum
 Conditor *arg. l. 3. ff. d. Reg. jur. c. si gratiose de Rescript. in 6.* ergo sequitur, quod
 cum hic dicatur quod *observare voluit suo tempore, &c.* quod eo mortuo ejus
 voluntas expiret, & sic etiam leges istæ expirant. Et propter istud verbū
 vidi altercarī in Curia: si familiaris Card. vel Papæ cujus beneficia sunt re-
 servata per Regulas Cancell. ut infra videbimus, mortuo Papa antequam
 alius sit factus moriatur etiam in familiaritate Cardinalis extra Curiam, an
 beneficia sua sint reservata? Et videbatur quod non, per istud Proœmium
 & per 1. præsentī 1. resp. de off. leg. in 6. & ibi tenet Dominicus per illum text. Tam-
 en Papa Paulus declaravit contrarium propter decisiones duas in Novis,
 dicentes quod beneficia semel affecta, semper manent affecta, videlicet de
 off. 7. inip. Item si benef. collect. & 214. inip. Item si juxta ordinationem Greg. &c.
 Et ad cap. Præsentī possem respondere, quod aliud est quando Legatus
 reservat, aliud est quando ipsemet Papa reservat, fa. quod dicit Bald. in cap. 10
 naturalis si de feudo sue. contro. col. 10.

Item per hoc Proœmium practicat Rota hodie, quod si à tempore Sixti II
 vacaverit beneficium, & acceptans accepit illud, & fecit sibi provideri
 & infra tres menses ad insinuandum secundum Reg. Sixti vel infra annum
 ad experiendum cum adversario, mortuus fuit Papa, quod non tenetur in-
 sinuare vel experiri, quia Regula expiravit ut hic, & sic vidi primò pro-
 nunciari tempore Pauli per D. Antonium de Grassis qui est fidelis rela-
 tor ac doctissimus, & semper sequitur vota Dominorum, anno 66. Feb. 3.
 & tunc practicavi cum Cafarello maximo Advocato, & dixit mihi totum
 oppositum

B

REGULA
 ARIVM
 NTAREM
 GVLAS
 LARIAS
 OLICA

oppositum per rationes juridicas, maxime quia ex quo lex incipit ligare, & replicavi quod Rota ea die pronunciavit contrarium: at respondeo mihi quod Rota aliquando rotat. tamen ista sententia Rotæ videtur melior, de quo faciat pro & contra gloss. in verb. De cætero, & quod dicit Dominus in *c. licet canon de electio. in 6.* & idem tenui hoc legendum in Romæ. Et ad contraria respondeo, quia illud est verum si incipit ligare constit. &c. si in aliquo individuo incepisset ligare arg. *l. furio/a cum p. B. qui test. fa. poss.* alias secus in dividuis, ut isto casu, arg. *c. utile parvulo de Reg. jur. in 6. ibiq. gloss.* Et idem dico si unus tantum acceptaverit & cetera provisionem sibi factam moreretur Papa, quod etiam si non faceret sibi provideri per mensem, postea gratia ejus non est nulla per prædicta: non est tempus statutum à jure expectanti infra quod debeat sibi fieri provideri, nisi per Regulas Cancell. ergò, &c.

Item in quantum hic dicitur de Vicecancellario qui publicavit has Regulas in Cancellaria Apostolica, &c. Sciendum necessarium puto, quod Vicecancellarius est ille qui has regulas regit, & ad ejus dispositionem dantur in Curia & extra eam, cum subscriptionibus duorum Abbatum, ut dicit una regula de qua infra dicemus, & iste est Judex in petitionibus ad expeditiones juridicas bullarum, & est in Curia major partem Papam ut dicit Card. in *d. clem. 2. de electio. quest. 4.* & vocatur de jure antiquo Bibliothecarius. *63. dist. cap. Adrianus junctia glo.* & arbitror quod propterea vocatur Bibliothecarius, quia debet custodire libros bullarum & libros Regull. extravag. & ex hoc in Curia praticatur, quod habet de registro bullarum certam partem: quia tenetur reddere rationem de omnibus ibidem contentis. Item vocatur *Quæstor* de jure communi textus *sum glo. in l. omnem C. de petit. ben. subl. l. 10. & in l. fin. C. de divers. respic. & possem allegare multa Jura ad hoc, sed de jure Cano. est casus mihi unus, cuius quod vocetur *Quæstor* in *c. Forus de Verb. signif. & sic infero, quod Vicecancellarius potest stare cum Auditoribus Rotæ in decisionibus causarum etiam in præsentia Papæ. Nam ipse est Præses Justitiæ in Curia: hoc nomen Vicecancellarius non reperitur in Decretis, nec in Decretalibus quod meminerim; sed in Proœmio Sixti sic: tamen bene reperitur Cancellaria in cap. ad hæc de rescript. in cap. cum dilecta junctia glo. eod. tit. & c. dura de Crim. fals. & c. porrepta de Confir. util. vel inut. omnino clem. 2. de electio. & c. statutum de rescript. in 6. ibiq. glo. Ex eo sequitur quod Vicecancel. debeat appellari Cancellarius & non Vicecancel. Tamen Zabara, in *d. clem. 2.* dicit quod antiquitus contendebat de paritate cum Papa saltem de facto, & propterea vocatur Vicecancellarius, & allegatur sententium ibi. Et licet aliqui Curiales dicant quod propter S. Laurentium**

non vocatur Cancellarius, tamen hoc non est verum secundum Card. ib. col. 15
 15 quia S. Laurentius non fuit nisi Camerarius quod apparet tibi cum dixit
 Tyranno, Thefauros quos quaeris manus pauperum deportaverunt, &c.
 Ex quibus infero quod solus Papa vocatur Cancellarius Christi, à Can-
 cello as, id est, tollo tollis, scilicet id quod injustè petitur.

Item infero contrà vulgares Curiales dicentes, quod quando præsen- 16
 tantur bulla Vicecancellario, quod propterea ponit ante unum L. magnū
 ad denotandum, quod gerit officium sancti Laurentii, quia illud est falsis- 17
 simum per supradicta. Sed ipse ponit ibi unum L. ideò quod significat bul-
 lam esse lectam, & postea ponit ex alia parte unum R. magnum quod signi-
 ficat non in suum, vel mandat quod registrerur, &c. Quis tamen sit
 major vel Vicecancellarius, vel Camerarius Papæ, dixi latè in tractatu
 Camerariatus. Et omitto hic inferere, an potestas Vicecancellarii restrin-
 gatur hodie per Regulas Cancellariæ positas infra, de potestate Vicecan-
 cellarii, & ibi dicam contra somnium Joannis Francisci Pavini, qui dixit
 quod sic. Item quo Jure potest Vicecancellarius derogare Regulæ Can-
 cellariæ qua cavetur quod executoriales dentur sub plumbo, &c. aliàs non
 valent. Item quomodo potest dare in forma humilibus rescriptum sine
 applicatione cum derogatione c. statutum de rescript. in 6. quoad dietas.
 Item quo Jure cavetur, quod Cancellaria ponit in bullis Decretum irritans
 & alias clausulas non petitas in supplicatione, & de multis aliis de quibus
 infra aliquid dicam, & quid per signaturam per placet in Com-
 missionibus, an sit necessaria, vel sufficeret potestas Vicecancellarii, & an
 non esset melius, quod non esset nisi potestas Vicecancellarii, & non da-
 rentur aliæ commissiones per placet, hoc dixi in tractatu quem feci D.
 Trufcon. & non in alio quem direxi Domino Sixto de futuro Concilio,
 & forte aliquid dicam infra. Venio ad primam Regulam de Reserva-
 tionibus.

COMMENTARIA IOANNIS ACHOKIER

Dictio videlicet est restrictiva) Imò non est declarativa simul, & re-
 strictiva l. cum quidam §. 1. ff. de usur. l. si in venditione post pr. ff.
 Commun. præd. l. videlicet ff. ex quib. Caul. major. c. 2. ibi, Canonici vi-
 delicet, & Civili, de privileg. in 6. gloss. & bart. in lib. 1. num. 2. ff. ad l.
 aquil. & nonnunquam non restringit: sed juxta materiam subjektam diversimodè
 capitar c. Romana §. caveat ibi Gemina, in 2. not. de sent. exco. Jas. in l.
 filio qua patet num. 19. in fin. vers. puto quod ista dictio, & c. ff. de liber.
 & posthu.

REGULA
 CANCELLARII
 VICECANCELLARII
 CAMERARII
 REGILAS
 CANCELLARII
 COLICOR
 III
 B

B Sed hodie visitatur in Curia) *Recessum est ab illo usu hodierni temporis.*
 C quia Pontifices electi non amplius aut rarissime signant supplicationes in Concilio, nec ante coronationem.

Statim incipiunt ligare) *Controvertitur inter DD. à quo tempore Cancellaria incipiant ligare ? v. g. Papa assumitur, seu creatur 2. Martii 10. facit Regulas, postmodum die 15. eas publicat, quaritur à quo die incipit reservatio ? Gemina. Consil. 92. incip. In causa Canoniciatus, & praxibus, respondit quod à die publicationis. Ann. vero de Falcon. tract. de Refer. 4. par. pr. effectu 21. dicit quod à die editionis, seu compositionis Regularum : aliis assumptionis ad Pontificatum, hancq. sententiam probare Rotam in una s. Mart. majoris de Urbe docet Gomez. in Proœm. Regul. quæst. 2. sub li. cui addit Cæcium, cons. 1. num. 27. lib. 1. Ego cum Zerola in praxi Episcopali in verbo Regulae Cancellariae probo Geminiæ opinionem : Ratio n. est ab omnibus recepta, quæ lex incipiat demum currere à die promulgationis, quæ est causa formalis legis sanctæ. Soto de Just. & Jur. lib. 1. quæst. 1. art. 4. D. Tho. quæst. 99. Respondetur in cap. 1. ibi glo. verb. publicè de postul. pralat. hancq. Geminiæ opinionem probat noster Aphonius hic. Verum, contrariantes opiniones conciliat Ann. de Falcon. ut statim incipiunt ligare, quoad effectum nullitatis adiu in contrarium gesti, non tamen nisi post publicationem quoad penas incurrendas Gonzalez Reg. 8. Cancell. in Proœm. §. 5. n. 56.*

Ligant itaq. statim quoad collationem à die promulgationis, & extinguunt morte cujuscumque Papæ illas promulgantis; quando enim Papa non exprimit in Constitutione quod sic perpetua sed quod duret certo tempore limitato, tunc constitutio se extendit ultra illud tempus, Simonetta de Reservat. q. 58. Wameli. consil. 245. n. 4. vol. 1.

Unde inferitur, quod Sede Apostolica vacante cessant Regulae Reservatoriae, & omnes menses sunt ordinarii, possuntq. Episcopi tanquam ad jus commune recurrere (exceptis tamen iis, qui concordatis nationis Germanicæ subsunt, quorum beneficia etiam Sede Papali vacante in mensibus Papæ vacantia Successori remanent facta) providere de beneficiis vacantibus in quolibet mense, Caput Agnen. dist. 86. part. 1. & 214 part. 2. atque ita fuit d. citum in una Albulen. Parochia de la Calcada 28. Jan. 1594. Gonzalez ad Reg. 8. §. 5. proœm. num. 46. hinc quod non solum erunt omnes menses ordinarii ante assumptionem novi Papæ, sed etiam antequam faciat Reg. Cancellaria, quæ semper fieri solent de immo sequenti d. assumptionem. ita quod si etiam in illo medio tempore ab assumptione usq. ad editionem Regularum vacaret aliquod beneficium in mensibus aliis reservatis, nullum obstaculum Ordinarius habere dicatur, & allegat Gemina. d. consil. 92. num. 1. nisi alias beneficia sint affecta, aut Papa postea electus declaret per expressam Reservationem, aut illa de novo referret, prout fecit S. D. N. Paulus 6.

de omnibus beneficiis tempore sua assumptionis non provisus in bulla ad favorem Con-
clavium data prid. Calend. Augusti 1605. Nicol. Garcia in suo copiosiss.
tract. de Benef. part. 5. cap. 1. §. 11. num. 645. & 646. Ut ut sit, assentior
Zerola d. loco. Geminiano subscribenti, & scribenti Regulas istas incipere ligare à
sua publicationis illarum, sic quod si vacet beneficium aliquod. ab obitu Papa usq. ad
promulgationem, Episcopus possit de illo disponere, quia tunc non currit alternativa,
reservatio per supradicta, Zerola d. loco adde Rebuffum hic verbo suo
tempore.

Interim nota bene, quod quandoq. solent Romani Pontifices, ut dixi in Paulo V.
reservare omnia beneficia qua vacaverint in mensibus apostolicis Sede vacante, &
quibus ordinarii collatores tempore assumptionis ad summi Apostolatus apicem
non disposuerunt, presertim quando Sedes diu vacavit, ut fuit in illa Fel. re. Or-
dini VII. qua vacavit per duos menses, quibus exactis fuit assumptus Gregorius
XIII.

Et certe dico quod non) Et cum illo Pet. de Anchor. aliq. quos appellat
Abstr. ad quaest. 444. Capellæ Tholos. quibus adde Gonzalem. ad d. §. 5. n.
2. & seqq. Felii in cap. ex parte 1. num. 46. de Rescript. Gemina. cont. 93.
num. 7. Nicol. Garcia de benef. part. 5. c. 1. §. 11.

Si familiaris Cardinalis) Qui tamen sede vacante non sit receptus in fami-
liam Cardinalis. Nam eo casu beneficia istius non sunt reservata, ex quo Regula re-
servatoria que est tertia, ut & reliqua moriantur cum persona Conditoris ut praxi-
mus, & late scribit Mandos. ad Reg. 32. quaest. II. per tot. & Anast. Germonius
de Indultis Cardin. §. Per quæ sublatis num. 99.

Casarello Maximo Advocato) Nota antiquitatem familie Casarello-
rum, que generis nobilitati juris peritiam summa cum laude miscuit. Ex ea porro
natum genus ducit illustris Cardinalis Burghecius, qui adeo felici sidere natus
fuit ut Paulus V. habuerit Avunculum, omnium quidem sensu circumspicissimum,
& praxissimum Pontificem: à quo meritis suis ita postulanti bus creatus fuit sum-
mus in Urbe Penitentiarius, & postea Bononiensis Archiepiscopus, &c. Cardinalis
omni laude dignissimus.

Major post Papam) Qui hujus eminentissima dignitatis originem ex an-
tiquissimarum monumentis disquisierunt, tradunt illam demum post tempora
Innocentii III. inventam, & rectam fuisse, eamq. etiam exercuisse privata sortis
bonam, sed probitate, & Eruditione spectatissimos: postea sub Bonifacio VIII.
dignitatem hanc uni ex Illustris Cardinalibus tributam; idq. ex congruentia ratio-
nis, ut quoniam Justitie regimen penes Vicecancellarium residebat, par erat munus il-
lud commendare personis Illustris, in quibus maxime excellunt familiamq. ducunt Il-
lustris Cardin.

Tamen Zabarella) Ejus opinionem velut anile quoddam somnium jure
optima

B 3

REGIA
CANCELLARIA
MAGISTRUS
LUDOVICUS
SOLICITUS
III

optimo elevat subicitq; Gomef. in Prooem. Regularum: adstruitq; Vicecancellarium inde appellatum, quod solus Pontifex in Ecclesia Dei sit Cancellarius, sicut Moyses in regno & Synagoga Judaeorum pro Deo Vicecancellarius erat, in Ecclesia Dei solus Papa, cuius unum & idem Consistorium cum Deo est, Hobbes in c. quanto de Transl. Epif. Guil. Bened. in c. Raynputius verl. Uxor nomine Adalafiam n. 205. de Testam.

Cancellarius à Cancellis as) Significantius Graecis Cancellarii dicitur πομοφολαυς quasi legum praesides & custodes? & νομοφολαυς legum regimen & tutela. Justiniani & posteriorum Principum avo, quem nunc Cancellarium dicimus, Quaestorem Palatii appellabant, ut notat Cuiacius ad No. 51. mensi crymon Cancellarii non inscite deducit noster à Cancellis as are. utpote Cancellat & corrigit rescripta, diplomata, & privilegia Principis, de quo Tertulianus pud Lucam de penna.

Hic est qui leges regni cancellat iniquas,
Et mandata pii Principis aequa facit.

Plura hac de dignitate vide Boerium tract. de Auctor. magni Consilii, & Parliamentorum Galliae n. 3. 10. & 23.

Bullam lectam) Conjectura probabilis. Nam & veteres si quid lectum velle dabile inter legendum animadvertent, littera L. in margine signabant, quod videtur ait Auctor Conjectaneorum in l. 1. Var. de Re. rust.

Vel Cancellarius) Satis constat hodie Camerarium Vicecancellario anteferendum: cum penes hunc consistat Iustitia & legum exercitium; penes Camerarium autem, Urbis tantum regimen quae profanas res concernit. Unde Paternio Petri seu Fisco praest: ideoq; Praefecto ararii vel Procuratori Casarii comparatur. Porro de illius dignitate & Jurisdictione, v. g. in clem. ne Romani de electione & ex professo Vestrum in sua paxi l. 2. c. 1. & 2.

Decretum irritans) De origine huius Decreti, ejusq; effectibus videtur M. Nauscum qui volet Hieron. Gonzalez, ad Regul. 8. Cancell. gloss. 67. per tot. qua scripsi infra ad Regul. VIII. in glo. verbi, aut aliorum sub Concordata vido quoq; Marchesanam de Commissionibus, & praesertim de appetitu oris & Decreti irritantis adde Mandos. ad Regul. 31. quaest. 11. & ad Regul. 7. quaest. 4. ubi scribit Decretum irritans in fine Regulae appositum referri ad omnes Regulas praecedentes: an autem etiam ad sequentes extendatur elegantis disputatione determinat in Rub. q. 3. per tot.

Porro non aliena sunt à proposito duae quaestiones Doctoribus tractatae, quarum prima est, an in generali & vulgari derogatione Constitutionum & Ordinationum apostol. comprehendantur Regulae Cancellariae: hanc quaestionem Gomefius in fine Prooemii resolvit negativè: quod ita servet stylus Cancellariae à Rota receptus, quod quidem stylus disponit sub clausula generali. Non obstantibus Constitutionibus & Ob-

& Ordinationibus Apostolicis, non comprehendit Regulas Cancellariæ, nisi specialiter sit in derogatum; vel nisi ejusmodi derogatio fieret non per viam Rescripti, sed legis, quo casu per prædictam generalem clausulam Non obstantibus Constitutionibus censeretur derogatum istis Regulis Cancellariæ non facta illarum mentione, per ea que scribit Gemina. in cap. cum non deceat de Electio. in 6. Altera est, an per d. clausulam Non obstantibus Regulis Cancellariæ possint litteris Apostolicis, censeatur derogatum Regulis judicialibus notoriis, videlicet in Annas, Triennali, de Publicanis, de surrogandis, & similibus? Ad eam responsio Gomesi dicto loco censeatur derogatum Regulis tam judicialibus, quam litterarum applicationem concernentibus, quibus gratia origo, vel effectus factio persona non interueniente impediretur: quia per dictam clausulam non censerentur sublata: licet tamen quibusdam Regulis dispositio Papa differatur, non tamen penitus tollitur, Gemina. in c. si propter num. 9. in fin. de rescript. nisi tamen in litteris diceretur Non obstantibus Regulis per quas nostra gratia impediri, vel differri possent. Quinimò certum est, de stylo Cancellariæ illud indistinctè servari, per d. clausulam non censeatur sublata Regula nisi earum expressa fiat mentio, atq; aded earum tenor in principio litterarum narretur: quod quidem limitat Gomesi dicto loco nisi in gratia vel supplicatione poneretur clausula generalis. Quarum tenores habentur pro expressis: nam tali casu censeretur dictis Regulis derogatum ex tit. Rotæ in una Caurien. Canonieatus de anno 1538. & in una Ferrarien. Archiepiscop. 9. Julii 1535. ut & privilegii & indultis quibuscumq; ut post Gratianum consil. 126. num. 7. lib. 1. Ripam ad c. 2. num. 55. de rescript. Mandos. ad regul. 19. num. 19. tradit Anast. Germonius tract. de Indultis Card. §. ac iterum, & hunc esse Curia styllum asserunt Ant. de But. consil. 2. 10. And. ad cap. unicum de excess. prælat. Alex. consil. 216. col. 7. lib. 2. Felii. in cap. nonnulli num. 6. vers. addatis primò de rescript. stylus autem Curia servandus est, quia pro lege habetur cap. tam gravi, de crim. falsi, DD. ad cap. ex litteris de Contuet. Anast. Germonius d. §. n. 2. & 3. Marchesan. in tract. de Committis & rescript. utriusq; signaturæ p. 1. c. 5. n. 176. & sic facit jus universale etiam in partibus Jo. Gutierrez l. i. Canon. quæst. c. 33. n. 35. in fi. Nieol. Garcia tract. de ben. p. 1. c. 5. n. 88. Jo. Petrus moneta tract. de Optio. canon. c. 8. quæst. 1. num. 10.

IN REGVLAM I.

ARGUMENTA.

Constitutio Ad regimen, de | com. & Constitutio execrabilis
Præbend. & dig. in extravag. | sod. tit. in extravag. Joannis 22.
sunt

REGULA
ARIVM
NTARIA
IGILAS
LLARIS
OLICA
III
B